

» mandatis obtemperent quoquo modo. Et si qui eorumdem sub-  
 » ditorum et vassallorum in his fuerint negligentes vel remissi, seu  
 » alias quomodolibet culpabiles, in eos et quemlibet eorum omnes  
 » et singulas prolatas per praesentes in eosdem ducem Venetia-  
 » rum et alios monitos praefatos excommunicationis, aggravatio-  
 » nis, interdicti, anathematis, maledictionis, privationis et inhabili-  
 » tationis sententias, censuras et poenas pari modo ex nunc prout  
 » ex tunc proferimus et promulgamus in his scriptis. Monemus  
 » praeterea et requirimus auctoritate praedicta omnes et singulos  
 » forenses Italicae, Gallica, Theutonicae, Hispanicae, Anglicae,  
 » Scoticae, Dalmaticae et cuiuslibet alterius nationis, quos tunc  
 » Venetiis aut in civitatibus, terris et locis, in quibus veneti praedicti  
 » fati de jure vel de facto superioritatem obtinent, mercaturaे seu  
 » quavis alia causa esse contigerit, et mandamus eisdem, ut post  
 » quam veneti praefati interdicti sententiam incurrerint memoria-  
 » tam, quamprimum poterunt de Venetiarum et aliis locis in qui-  
 » bus veneti superioritatem obtinent, ut praefertur, ipsique tunc  
 » degerent, cum eorum mercibus et rebus omnibus recedant et  
 » ad illa redire, aut in eis conversari durante interdicto praedicto  
 » hujusmodi nostris obtemperare distulerint, similes prorsus ex-  
 » communicationis, aggravationis, reaggravationis, interdicti, pri-  
 » vationis et inhabilitationis ac bonorum confiscationis sententias  
 » incurrere volumus eo ipso, a quibus pari modo ab alio quam  
 » Romano pontifice nisi in mortis articulo nullus valeat absolutio-  
 » nis beneficium promererri. Rursus tamen ipsos, qui sic habitant  
 » Venetiis et in aliis civitatibus praedictis, evitent ac faciant quan-  
 » tum in eis est evitari nec cum eisdem venetis aut subditis eorum,  
 » seu ipsorum aliquo emendo, vendendo, permutoando, mercando,  
 » seu alias quomodolibet contrahendo, commercium habere, aut  
 » cum eisdem per terram vel per mare conversari et in eorum na-  
 » vibus, triremibus et aliis navigiis seu in quibus aliquis eorum vel  
 » ipsorum mercantiae res et bona veherentur, se aut eorum res,  
 » merces et bona vehi permittere granum, vinum et alia victualia,